



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXXIV. Bündniß der Herren von Wenden mit den Markgrafen von
Brandenburg auf zehn Jahre, vom Jahre 1242.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ris omni caullationi denegetur locus; terminos predictarum possessionum ex parte propriis censuimus nominibus exprimendos. Inter Grindiz et Brodam, a tribus lapidibus versus Plonam respiciunt super tres quercus in campo Riffowe et prato ex altera parte adjacente Plone, cursumque ab eisdem lapidibus trans montem ad tumulos paganorum, et sic per viam, que ducit in Stargard, ad montem Wolfigore, qui est juxta Gouiznam. Inde recurrunt termini per eundem riulum vsque in alteram partem Klembe super monticulum juxta paludem Gouiznam super sicque recurrunt inter terminos Zobarfk et Lubatow iterum in Plonam. Porro termini inter Woltin et Babbyn et finem Gardne est fossatum constitum lapidibus. Inter Woltin et Crapoue fagetum Borimlke. Inde percurrunt ultra Tynam in Stikilne, de Stikilne in lacum Sereniz, inde per riulum Screniz. De cetero statuimus vt nulli omnino hominum liceat presatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Preterea omnes libertates et immunitates a principibus et prelatibus eis indulta, nec non et secularium exactionum exemptiones, ne scilicet coloni eorum a secularibus iudicibus impetantur, et ne cui molendinum facere liceat in Plona vel in nigro fluuio, qui dicitur Zcarna Ztrug, nec sub litore, quod est in parte castri Piritz, eis confirmamus et presentis scripti priuilegio communitimus. Datum in Spandoh, V°. idus Julii, anno ab incarnatione domini M°. CC°. XLII°.

Nach dem Abbrude in Dreyer's Cod. dipl. Pom. 1, 224—226.

XXXIV. Bündniß der Herren von Wenden mit den Markgrafen von Brandenburg auf zehn Jahre, vom Jahre 1242.

Confederatio dominorum de wenden et marchionum brandenburgensium ad X annos, cuius forma completa, si opus fuerit, inuenietur circa priuilegia premissa, et est actum anno domini M°. CC°. XLII°.

Notiz aus einem Copialbuche des K. Geh. Kabinetts-Archives vom Markgrafen Ludwig I. tit.: Zwirin-Holfatia Nr. XIII.

XXXV. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg gründen die Stadt Friedland im Lande Stargard, den 29. Febr. 1244.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Consuetudinis est ea, que sub tempore fiunt, ne prolapsu temporis cum tempore transeant, et ab hominum memoria evanescant, Instrumentorum ac testium munimine roborare. Hinc est, quod constare volumus tam futuri quam presentis Temporis hominibus uniuersis, quod Civitati nostre novelle, que Vredelandt